

vox nisi materialiter tm̄. Ad q̄rtū q̄ si oēs cognoscerēt imposicōem huius vocis hō tūc significaret idē apud oēs ꝫ nō sine natura īpositiōis sue. ⁊ illa in ip̄o nō est nota apd̄ oēs. ꝫ sic est inclinatio naturalis q̄ vox significat naturaliter. Ad q̄ntū d̄r. q̄ illud qd̄ fit ad placitū cuiuslibet variat̄ in īfinitū. Non tn̄ illud qd̄ fit determīate ad placitū vnius sicut est vox significatiua q̄ significat solū ad placitū primi instituentis.

Vocū sig̃ficatiuaꝝ

ad placitū. Postq̄ autor posuit diuisionē vocis significatiue ⁊ diffinicōes mēbroꝝ eius. Hic cōsequent̄ diuidit vocez significatiuā ad placitū ꝑ cōplexā ⁊ incōplexā. Cuius rō est qr oīs vox significatiua ad placitū l' ꝯtinet plures voces significatiuas vl' vnā tm̄. Si p̄mū sic ē vox significatiua cōplexa. Si secundū sic est vox significatīa īcōplexa. Sciendū p̄mo q̄ q̄libet res dupliciter cōcipit̄. Uno mō ꝟm se ⁊ tūc fit cōceptus simplex ⁊ īcōplexus vt cū sd̄r. ꝟm se ⁊ nō ꝟm habitudinē ad aliud apprehendit̄. Alio mō aliq̄d ꝯcipit̄ ꝟm ꝯparatōez l' hītudinē ad aliud vt cū sor. sub albedīe vel aīali cōcipit̄ ⁊ tūc fit cōceptus cōplexus. Iō est duplex cōceptus rei scz cōplexus ⁊ incōplex⁹. Et qr vox significatiua ad placitū significat cōceptuz aīe. Ideo aliq̄ est cōplexa significās cōceptū cōplexū sicut orō. Alia est incōplexa significās cōceptū incōplexū vt nomē vel verbū. Sciendū scd̄o q̄ vox cōplexa est illa ī q̄ vniunt̄ plures voces significatiue ad placitū ⁊ rep̄sentat cōceptū cōplexū vt orō. Et ideo ad ꝑfectā rōem vocis cōplexe tria req̄runt̄. Primuz est q̄ ibi sint plures voces significatiue incōplexe ⁊ ille voces se habeant tamq̄ materiale vocis cōplexe. Secunduz est q̄ ille voces habeant cōplexionem ⁊ vnionem inter se ita q̄ vna se habeat vt determinatio. Et alia se habeat vt determiuabile ꝓpter quod ibi non est vox cōplexa homo asinus. quia licet ibi sint plures voces significatiue non tamē habent cōplexionē inter se cū ibi nō sit vnio determinationis ⁊ determinabilis. Et hoc dicit̄ eē formale in voce cōplexa. Tertio req̄ritur q̄ talis vox significet conceptum cōplexū. sed illud est minus principale in voce conplexa q̄uis tamen requiratur ex ꝑte cause final'. Sciendū tercio q̄ vox incōplexa ē illa q̄ continz vnā solā vocē significatiuā vt hō vel asinus. ⁊ rep̄ntat ꝯceptū incōplexū. ⁊ ad talē vocē nō sufficit q̄ habeat significatū incōplexum. ꝫ magis req̄rit̄ q̄ sit tm̄ vna vox significatiua ⁊ ideo licz diffinicō habeat tm̄ vnū significatū remotū qd̄ est diffinitū quod ē incōplexū qr tn̄ continet plures voces significatiuas et eciā suum significatū ꝓpinquū scilicet conceptus generis et differentie diffiniti. Et ideo est vox conplexa ⁊ nō iuconplexa. Sciendū q̄rto q̄ ad vocē inconplexā nō requirit̄ q̄ habeat vnū significatū tm̄ ꝫ sufficit q̄ sit actual' dictio vna scz quātuz ad vocē ⁊ modū proferendi. iō omne nomen equiuocum sicut canis canis est vox incōplexa qr licet habeat plura significata: est tamē vox actual' vna non cōtinens plures voces significatiās. Nec requiritur ad vocē inconplexā q̄ non sit cōposita ex pluribus vocibus. ꝫ sufficit q̄ ille voces si sint plures nō sunt significatiue in toto: Ideo nomen composite figure cum partes eius non sunt significatiue ī toto ꝓpterea ē vox incōplexa. Ideo non est cōplexio ꝟm logicū et conpositio ꝟm grāmaticū. Et ꝑ hoc patz diuisio vocis significatiue ad placitum et diffinitioēs membrorum eius. ¶ Contra predicta arguit̄ p̄mo sic. Omīs vox incomplexa est ꝑs vocis ꝯplexe et in ipsa cōtinetur.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-220/0014
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG